

ALIVD.

Fert animus merita gratando extollere laude
 Sponsum, quē dulcis Parnasi aut ad iuga Pindi
 Raptat amor, cui Pierios fudēre liquores
 Musa, quēs sacri cessit custodia fontis.
 Nam Themidos cultor cum sit neq; futilis autor
 Consilijs: Themis idcirco associata Mineræ
 Conspicuum sese dans clara in luce refulsit.
 En adsum, ut mandem tibi quo grateris honori
 Illius, atq; thoropangas iam carmina fausto,
 Observans igitur strictè mandata Diones
 Ac Themidos, teneris nec non persuadet ab annis
 Inita amicitia, ut versu hunc tractare laborem
 Incipiam: virtus studium ac sincera voluntas
 Cognita saepe fuit, Phyliræ quæ rura pererrat
 Cæculus & leni decurrens agmine Elister,
 Hac sedes loca opima bonis munita virum vi
 Multâ præcellit: duxti hinc nam vertice tecum
 Artes Aonio, dein Iura ac dia reperta
 Felici ingenio ac facundæ munere lingua
 Perdiscens coluisti, ita rerum instructus ab usu
 Italia peragrans oras, tua sensa veterno
 Torpere haud passus, sed per discrimina rerum
 Per varios casus illic iactatus es alma
 Virtutis studio Iuris quo semina mandes

Menti